



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Quartodecimani.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A debatur, inde altero sapphirei coloris toto margine complectebatur. E pectore autem Aquila, aureus extabat umbilicus. Seniores vero purpuream gestabant Aquilam in parma cærulea: duoque erant pro margine circuli, ruber interior, exterior luteus.

QUARTODECIMANI. CAP. XXXI.

Cærulei coloris aliquanto diluti Aquilam gestabant Quartodecimani, qui sub Magistro militum per Thracas militabant. Ea vero ales in alba parma infidebat orbi cæruleo desioris luti, intra quem circulus ruber erat, à cuius medio aureus extabat umbilicus. Verum hæc fatis fuerit attigisse, ne opusculum univèrsim insignibus & gestaminibus farciamus. Hæc atque alia pleraque huiusmodi scriptores rerum memoria prodiderunt, quæ si profèqui velim, nullus unquam futurus sit modus: quare manum de tabula, sitque jam super Aquila fatis superque declamatum.

B
JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM

LIBER XX.

DE IIS QUÆ PER PHOENICEM, PELECANUM, ET QUASDAM ALIAS AVES
SIGNIFICANTUR

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

C
AD CLARISSIMUM ACTIUM
SYNCERUM.

Ibi vero SYNCERE ACTI cariss. Phœnicem & Pelecanum, quique in ipsam historia seriem quibusdam veluti laqueis decenti sese invicem implicuerunt, sociatisq; in hunc locum aptissime convenerunt, Noctuam, Cornicem & Passerem, dedicare consilium fuit: Ac Phœnicem quidem ea de causa, quod veluti ille admirabili quadam insigni pulchritudine, visu mirissimus, post longissima temporis intervalla conspicitur: ita Latina lingue nitor, & eloquentia cultus, ornatuq; per tria ferme Phœnicis secula desidentis, ætate demum nostri, beneficio, operi, & labore plurimum tuo suscitati, spectandos sese theatris iam omnibus exhibuere. Pelecanum ob eam, qua præcipue commendaris, in amicos omnes charitatem atque beneficentiam, ut nemo unus hodie magis amico amicus, quam Syncerus Actius esse prædicetur. Noctuam, que tuarum indicium sit lucubrationum, quas Minerva haud quam invita, elegantissimas elaborasti, Cornicem ob diuturnitatem, qua scriptis debetur tuis, non modo uno plus sæculo sed perpetuo summa omnium commendatione victuris. Passerem ob orationis tue Veneres cupidinesque, qua nihil suavius neque jucundius excogitari potest. Sedenim que multa atq; præclara de ingenio tui sublimitate dici possent, ea consulto prætereo, quia tu longe majores quam mea, te capere possit commendatio: qui enim Soli lumen afferre, nisi fatuus quispiam agere dicitur? Igitur cum tuo ipse sis splendore clarus, principatum hinc in licentura candore tuum, sic se præsidio tuentem missum faciemus, quodq; nostrum est institutum, ad animalium que interpretanda suscepimus, significationes converteremur, que quidem quales & cujusmodi sint, quamvis tu eas tum ex Græcis Latinisq; scriptoribus non ignoras tum ex admirabili illa venerabilis antiquitatis tabula ænea, quam simul apud Bembum inspeximus, potes edoceri, que omnem Ægyptiorum historiam antiquiorem, argento atque auro delineatam essentat: Quid tamen & nos super his compererimus, ex ipso Phœnice indicare incipimus.

Gg 3

IN-